turè scintilla animadverti, adeoque facile extingui potest, sopiri-
que facilius cum in petras, aliasque igni resistentes materias perve-
nerit, sed cum culmum, sulphurem, aliamque igni subiecta corripuerit,
hoc opus, hic labor est semel accensum sopire. Ab vero nemi-
ni non liquere credo Auditores. Humana in quantum iuvenum mens noxio
libidinis igni obnoxia, et velut culmus levis facta accendatur, ar-
deatque. Hoc itaque cum nec funestissima huic Veneri ignotum,
antiquos cupidinum motus in iuvene castissimo excitat, atque sub
modica scintilla flammam ingentem fovet, formam namque puellae
ante tres iam annos incauto oculorum ictu conspectam, men-
tis aciei, oculorum cum non haeret, obijcit, nequaquam ignara, visa ma-
gis quam audita, cogitatare movere, faciliusque oculis, quàm fal-
lacibus adhiberi fidem instinctibus, folle quidem citò igne accen-
di posse, sed praesente materia igni subiecta longè citius.

Verum enimvero, ut nullus in extremo praecipitij stans, cum
vel pueri pugna impellitur, quin cadat, se retinere valet, et quem-
admodum culmus igni admotus facilimè igne concipit, sic ~~ignem~~
facilime, ab ardentis puellae huius face repraesentata accensus con-
cepit ignem, amoreque visam denuo videndi captus, prope decentis fuit.
Primo, neque ipse diu quoquo modo poterat, in illa cupiditate
continebatur, deinde ita flagrare coepit amentia, sic inflammatus
ferri libidine, ut ipsum non asperitas vitae, non triennio inhabitati
dilecto solitudinis recessus, non hominum fama, non nominis sui fama, licet
multa et magna apud omnes circumiacentes celebraretur ob nuperrimè pa-
tratum miraculum, non Custodis Genij dolor, non culpae turpitudo, non acerbissi-
ma aeterna flamma tormenta, non amor Dei divinus, qui tamen multo
maiori ~~vi~~ vi cuncta attrahere, et secum unire solet, quàm magnes,

nihil